 πάντων ἐγκαλυπόμενοι, καὶ βαλανείοις δὲ
 συχοῖς ὁμιλεῖσι, τὰ πολλὰ γυναιξὶ σω-
 αλλιζόμενοι, καὶ συλλεόμενοι· ἕτω τῶν πα-
 θῶν ἀεὶ φέροσ ἐς καὶ τῆς φύσεως τυ-
 ραννῆσαι, καὶ μὴ δὲ τῆ ὄψι, μηδὲ τῆ ἀ-
 φῆ, μηδὲ μὴν ἀντὶ τῆ ἀπειλοκῆ τῆ θήλεος
 πρὸς τὴν ἰδίαν ἀποκλειθῆναι φύσιν· μετὰ
 ἀνδρῶν δὲ, ἀνδρας εἶναι, μετὰ γυναικῶν
 τε αὐ γυνάικας, ἐκατέρωσ τε μέλειεν ἐτέ-
 λειν φύσεως, καὶ μὴ μίᾶς εἶναι. συνελόντι
 τοῖσιν εἰπεῖν, ἐν τῆσ τῶ ἀναρείσῳ καὶ θε-
 οφόρῳ βίῳ ἢ ἀρετῆ τῆ φύσιν ἀνλομοθελεῖ,
 δικαίως ἀπῆλαμνη νόμος, ὡς μηδὲν ὅς
 αὐτοῖς τῶν ἀναγκαίων μελαδιδόμῳ ὅσα γε
 κορεθῆναι. πρῶτων δὲ αὐτοῖς καὶ διψῆν ὁ
 σφῶν ἐγκελδῆσαι νόμοσ, ἀπειλέλειν τε τὸ
 σῶμα τοῦτο μόνον, ὅσον ἢ ἀνάγκη βιά-
 ζεται. ἕτως τε αὐτοῖς ἢ δίαίτα ἀκελεῖσιν ἀν-
 ἠταλαντῶεται ζυγοῖς, ὡς ἐν διαμέτρῳ
 χωρεῖσιν αὐτοῖς τὴν ῥοπήν ἀνεπαίδῆσιν εἶναι,
 καὶ ταῦτά γε πολλὴ διεσῶσαν. τοῦτο γὰρ
 αὐτοῖς ἀναντία κέκερται, τῆς θείας τὰ ἀ-
 μιλλα συναγῆσθης, καὶ αὐ πάλιν διαίρεσθης
 χάρις, ὡς ζῶν ἐν αὐτοῖς καὶ νεκρῶσιν συν-
 οικεῖν, τὰναντία τῆ φύσιν τῆ τοῖς πρῶτα
 μασιν. ἐνθα μὲν γῆπάθῳ, νοκρῶς εἶναι
 δὲ καὶ τῶν τάφῳ εἶσῳ· ἐνθα δὲ πρὸς θεὸν
 ἐκείῳ, ῥωμαλέος τὸ σῶμα, σφραγῶν-
 τας τὴν ἀκμὴν, καὶ ἐξωρῆ τὴν ἡλικί-
 αν ὡς καὶ ἕτως αὐτοῖς ἐκατέρωσ συμ-
 πλέκειαι βίῳ, ὡς ἀμείψῳ καὶ τὴν σάρκα

A bestiis tandem similes evadant, specie
 videlicet corporis immutata, & sensu
 animi nequaquam conveniente cum
 reliquorum hominum sensu. Quos ubi
 viderint, fugam arripiunt: & si quis for-
 te eos insequatur, aut pedum velocita-
 te, aut inaccessi cujuscumque loci latebris
 se subducunt. Aliud insuper comme-
 morabo, quod sane mihi est memoria
 exciderat, tamen præ reliquis omni-
 bus primas ferat. Sunt apud eos qui-
 dam, licet oppidò pauci, qui postquam
 assidua virtutis exercitatione, vacui ab
 animi perturbationibus evaserint, ad
 sæculum redeunt, & in media homi-
 num multitudine insanos se esse simu-
 lantes, inanem gloriam conculcant,
 quam tunicam, ut ait sapientissimus Pla-
 to, animus postremam exuere solet.
 Ita porro sine sensu affectuque edere
 didicerunt, ut apud Caupones ac Dar-
 danarios, si necesse fuerit edant, nec
 locum, nec cultum, nec aliud quid-
 quam reverentes. Balnea item publi-
 ca frequenter adeunt, & simul cum mu-
 lieribus diversantur & lavant. Adeo
 omni perturbatione animi superiores,
 ut naturæ ipsi vim interant, & nec aspe-
 ctu, nec tactu, nec amplexu ipso muli-
 eris, ad ea quæ naturæ ipsorum propria
 sunt inclinari queant. Sed cum viris
 quidem viri sunt, sceminae verò cum
 scemina. Non enim unius, sed utri-
 usque simul sexus esse cupiunt. De-
 nique ut compendio dicam, in hoc
 præstantissimo ac divino vivendi gene-
 re, virtus leges naturæ contrarias fert,
 ut scilicet ex rebus ad victum necessa-
 riis nihil eis impertiat ad satietatem.
 Quippe lex monastica ipsis præcipit,
 ut esuriant ac sitiant, corpusque eate-
 nus tegant, quoad poscit necessitas.
 Porro vivendi ratio apud illos, adeo ex-
 acta lance librata est, ut quoties in con-
 trarium tendunt, nullam sentiant re-
 rum mutationem quamvis magna sit
 inter eas distantia. Res enim contra-
 riæ usque adeo commixtæ sunt, divinâ
 gratiâ ea, quæ misceri non possunt, in-
 ter se jungente ac rursus separante: ut
 vita & mors, quæ natura & rebus ipsis
 inter se maximè pugnant, in illis simul
 habitent. Quippe ubi perturbatio
 est, mortuos illos esse oportet ac sepu-
 tos. Ubi verò precationis tempus
 est, tum robusto corpore & alacres,
 tamen affecta jam ætate, esse debent.
 Utraque porro vita in illis adeo con-
 juncta est, ut quamvis carnem peni-

tus abjecerint, vivant tamen, & unā cum viventibus conversentur, ægrotum corporibus medicinam adhibentes, & supplicantium vota Deo offerentes, reliqua denique perinde ac in priore vita peragentes, nisi quod rebus necessariis non indigent, nec loco ullo circumscribuntur; sed omnes audiunt, & cum omnibus conversantur. Sunt apud illos crebræ & indefessæ genuum flexiones, ac rursus stationes laboriosæ, solo desiderio senectutem illorum & voluntariam infirmitatem recreante. Athletæ sunt carnis expertes, luctatores sanguine carentes: qui pro convivio ac deliciis jejunium habent, & pro mensa opipara, ut nihil quoad fieri potest, degustent. Quoties peregrinus ad eos quispiam advenerit, licet matutino tempore, singulari comitate ac benevolentia eum excipiunt, novum jejunandi genus commenti, ut scilicet inviti comedant. Adeo ut ea res stuporem omnibus incutiat, quod cum tot rebus ad victum sufficientem indigant, tam paucis tamen contenti sint: propria voluntatis ac naturæ inimici, proximorum desiderio atque arbitrio mancipati: quo in rebus omnibus voluptas carnis abjiciatur, & anima gubernaculum teneat, optima quæq; ac Deo placentia prudenter eligens atque conservans. Felices quidem ob vitam quam hîc degunt: feliciores verò ob migrationem ad alteram vitam: ad quam continuò anhelant, cum cujus amore flagrant, videre properantes.

τέλειον διαπέμνουν, ζώσω αεί, και τοίς ζώσω συναλιζόνται, και σώμασί τε άκη παροτρύνουν και τας τῶν ικεθούτων φωνάς τῶν παροτρύνοντων, τάτε άλλα όμοίως τῶν παροτρύνοντων διακλεόντες, όσα μη τῶν αναγκαίων διαδῶν, η τόπω παροτρύνοντων πάντων δε άκούειν, και πασι συγγίνεσθαι. εἰσί δε γονάτω τοίς συχναί και άδιακόπη κλίσεις, επανασεις τε σύμπονοι, μόνης τῆς εφέσεως άνω ζωπυρσης αυτοίς τῶν ηλικίαν, και τῶν εκάσιον άδένειαν άσφαρκί τινες άδελφάι άναίμονες παλαισάι όι γε πανδαισίαν τε κτηνφῶ τῶν ησείαν έχοντες, ετρεπέζαν άκορη τὸ μηδένος ώς διόν τε διαπορθεσθαι τῶν ξένων παρ άυτῶν άφίκηται και εἰς άνωθεν, ετῶ πάντων τῶν φιλοφροσύναις και φιλοτησία δεξιῶνται, ετεροειδῶν ησείαν άπνοήσάντες τὸ άυ μη βαλόμνουν εἰδέναι άεπληξιν τὸ πρεσβύμα καθεσάναι, πόσω προσφῶ άύταρη δεόμνουν, ετῶ καμῶν έχοντες δροκένται έχθροι τῶν ιδίαν βαλόντων και τῆς φύσεως, εκδοί τοίς τῶν πέλας δεόμασιν ήνα δια πάντων άυτοίς τὸ ήδύ τῶν σαρω εἰσώσεται, η ψυχή διακυβερωθή, τα καλλισα η θεόν δροσκόντα νενεχώς εκλεγόμενοι ετρεπέζουσα μακάριοι τῆς ελπίθβα δια της, μακαριώτεροι τῆς εντῶθεν μεσασάσασιν εἰς ήν δια παλιός χαινέσι, τὸν ποθέμνουν αυτοίς ιδέν επεγομνουν.

CAP. XXII.

Κεφ. κβ.

De operibus ab Eudocia Augusta in Palestina edificatis, & de Ecclesia S. Stephani Protomartyris, in qua religiose sepulta est. Item de morte Imperatoris Theodosii.

Όσα ιδείματο ή βασιλις ευδοκία κατά πηλαισίαν, και τῶν τῶν πρώτομνουν ετρεπέζουσα εφάνη δε θα, και όσους εντῶν, ετι η και περι τῆς τιλιου τῆς βασιλιως θεοδοσίου.

Cum multis igitur ejusmodi viris Eudocia uxor Theodosii collocata est, multaque, ut jam dixi, ædificavit monasteria. Cumque muros urbis Hierosolymitanæ instaurasset, templum splendore ac pulchritudine eximium in honorem primi omnium Diaconi ac Martyris Stephani construxit, quod uno circiter stadio abest ab urbe. In quo etiam ipsa postmodum deposita est, cum ad immortalem vitam commigrasset. Cæterum cum Theodosius aliquantò post, vel, ut aliis placet, ante obitum Eudociæ è vivis excessisset, & imperium

Πολλοίς τούτων τοιούτοις εἰλυχοδσα η θεοδοσία σύμβειθ, πολλά ως μοι λεκται, τοιαύτα φρονησηετα δειμαρμῶν ε μὴ και τα τείχη παρὸς τὸ κρείττον ιεροσολύμων αναρνωσαμνη, ε τέρμθ μιν γίσον ανίσθη, εἰσοχη τε η καιλη παρῶν τῶ πρώτε διακόων τε η μαρτύρων ετρεπέζαν, ετι εάδιον ιεροσολύμων διεσῶν εν ή και ήθεται παρὸς τὸν αγηρω μεσασα χαρήσασα βίον. Αμείψανθ δε μεθ αυτα, η και ως τισι δοκει παρ τῆς διαδοκίας, και θεοδοσία τῶ βασιλειαν άκίω και

καὶ τριακοντα ἔτεσι, τέτρω διακονησαμένῳ, Α quod per annos octo ac triginta DEO
 μαρκιανὸς ὁ πάντας ἐπὶ τὴν ῥωμαίων δρχὴν ministraverat, cum aeterna vita com-
 μεταλλάξει. ἃ δ' ἐν καὶ ὑπὸ αὐτῷ πέ- mutasset, praestantissimus Marcianus
 πρῶται τῶν ἐσῶν ἡγεμονδόντι, ἢ ἐξῆς δι- Imperii Romani administrationem
 μαλα σαφῶς ἰσοεὶα παρρησίας, τῆς ἀ- suscepit. Quae verò illo Orientis im-
 ἰωθεν ῥοπῆς τὴν οὐκείαν χορηγέσης διμέ- perium gubernante gesta sint, sequens
 ρειαν. liber apertissimè exponet, si divinum
 Numen nobis opitulari voluerit.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΔΕΥΤΕΡΩ ΤΟΜΩ

τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἰσοεὶας διαγείε.

- α. Περί μαρκιανῆ βασιλέως, καὶ οὐα σύμβολα προηγήσαντο τὴν βασιλείαν αὐτῆ
 μνησόντα.
 β. Περί τῆ ἐν καλχηδόνι συνόδου, καὶ πόθεν τὴν αἰλίαν τὴ συνελδύσεως ἔρχεν.
 γ. Ἐκφρασις τῆ διλήγει οὐκεία τὴ μεγαλομάξιμος δύφηνιας, τὴ ἐν καλχηδόνι καὶ
 διήγησις τῶν ἡγομένων ἐν αὐτῆ θαναμάτων.
 δ. Περί τῶν ἐν τῇ συνόδῳ κινήθέντων καὶ τυπωθέντων, καὶ ὡς διόσκορος ὁ ἀλεξανδρείας
 καθήρηθη. Θεοδώριος ὁ ἰβας, καὶ τινες ἕτεροι ἀνεκλήθησαν.
 ε. Περί τῆ ἡγομένης σάσεως ἐν ἀλεξανδρείᾳ, χάριν τὴ χειροτονίας παρρησίας, ὁμοίως
 καὶ ἐν ἱεροσολύμοις.
 ς. Περί τῆ ἡγομένης ἀνομιείας, λίμναι καὶ λοιμῆ· ὅπως τε παρρησίας ἔξω ἐν τισὶ χώ-
 ραις αὐτομάτως ἡ γῆ τὴς κάρπας ἐβλάσησεν.
 ζ. Περί τῆ ἀναίεσεως ἐαλενιανῆ καὶ ἀλώσεως ῥώμης· καὶ παρρησίας βασιλδο-
 σάντων αὐτῆς.
 η. Περί τῆ θανάτου μαρκιανῆ, καὶ τῆ βασιλείας λέοντος· ὡς οὐ τῶν ἀλεξανδρείων
 αἰεσιῶν τὸν προέριον ἀποσφάησι τιμοθέῳ ὁ τῶ αἰερω τὴν δεχέρωσύν-
 νην παρρησίας.
 θ. Περί τῶν ἐγκυκλίων λέοντος βασιλέως.
 ι. Περί τῶν οὐ ἐπίσκοποι, καὶ συμεων ὁ κιονίτης ἀνιέγραψεν.
 ια. Περί τῆ ἰσοεὶας τιμοθέου τῆ αἰερω, καὶ τῆ χειροτονίας τιμοθέου τῆ σαλοφακιά-
 λα, καὶ παρρησίας ἡγομένης ἀκακίης, τῶν κωνσταντινουπόλιων.
 ιβ. Περί τῆ γεγονότου ἐν ἀντιοχείᾳ σείσμου μετ' ἔτη τριακόσια μζ. τῆ μετ' ἔτη τριακον-
 τῆ. Περί τῆ ἐμπρησμοῦ τῆ ἐν κωνσταντινουπόλει.
 ιδ. Περί κατ' ἐκείνων παρρησίας.
 ιε. Περί τῆ γάμου ζήνωνος, καὶ ἀρσάδης.
 ις. Περί ἀνθιμίου βασιλέως ῥώμης, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆ βασιλείων.
 ιζ. Περί τῆ τελευτῆς λέοντος, καὶ βασιλείας τῆ μικρῆ λέοντος, καὶ αὐτῆς ζήνωνος
 τῆ παρρησίας αὐτῆ.
 ιη. Ἐπιτομὴ τῶν κινήθέντων ἐν τῇ ἐκείνων καλχηδόνι συνόδῳ, ἐν τῷ τέλει τῆ διδύρωσύν-
 νης τεθειμέναι.

IN SECUNDO LIBRO ECCLESIASTICÆ

Historiæ Evagrii hæc continentur.

- CAP. I. De Marciano Imperatore, & quæ signa Imperii ejus præcesserint.
 II. De Synodo Chalcedonensi, & quam ob causam congregata sit.
 III. Descriptio templi magnæ martyris Euphemie in urbe Chalcedonensi, & miraculorum, quæ illic fiunt, narratio.
 IV. De iis, quæ in Synodo agitata sunt & sancita: & quomodo Dioscorus Alexandrinus Episcopus depositus sit: Theodoritus autem & Ibas, aliique nonnulli, retenti sunt.
 V. De seditione, quæ Alexandria facta est ob ordinationem Proterii: & de ea, quæ contigit Hierosolymis.
 VI. De siccitate, & de fame ac peste. Et quomodo in quibusdam locis tellus sua sponte fructus ediderit.
 VII. De cæde Imperatoris Valentiniani, & quomodo capta sit Roma: & de Imperatoribus, qui post Valentinianum regnarunt.
 VIII. De obitu Marciani, & de Imperio Leonis: & quomodo hæretici Alexandria Proterium quidem occiderunt; Timotheum autem Ælurum Episcopum elegerunt.
 IX. De circularibus litteris Leonis Augusti.
 X. De his, quæ Episcopi & Symeones Stylita Leoni rescripserunt.
 XI. De exilio Timothei Æluri, & de Ordinatione Timothei Salofacioli. Item de Gennadio & Acacio Constantinopolitanis Episcopis.
 XII. De terræ motu, qui contigit Antiochiæ, trecentis & quadraginta septem annis post illum, qui temporibus Trajani contigerat.
 XIII. De incendio, quod accidit Constantinopoli.
 XIV. De Universalibus calamitatibus.
 XV. De Nuptiis Zenonis & Ariadnæ.
 XVI. De Anthemio Imperatore urbis Romæ, & de iis, qui post illum imperarunt.
 XVII. De morte Leonis, & de Imperio Leonis Junioris, & Zenonis patris ejusdem.
 XVIII. Compendium Actuum Synodi Chalcedonensis, positum in fine libri secundi.

ΕΥΑΓΓΡΙΟΥ ΕΥΑΓΓΡΙΟΥ
 ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ
 ΕΠΙΦΑΝΕΩΣ,
 καὶ ἀπὸ ἐπαρχῶν
 ΕΚΚΛΗΣΙΑΣΤΙΚΗΣ
 ΙΣΤΟΡΙΑΣ
 Τόμος δ' ὄγδοος.

SCHOLASTICI
 EPIPHANIENSIS,
 & ex Præfatis
 ECCLESIASTICÆ
 HISTORIÆ
 LIBER II.

Κεφ. α΄.

CAPUT I.

Περὶ μαρκιανῆ βασιλέως, καὶ διὰ σύμβουλα προσηύχαντος τῷ βασιλεῖ αὐτὸ μνηύοντα.

De Marciano Imperatore, & qua signa imperii eius præcesserint.

Ἀμὲν ἐπὶ τοῖς Θεοδοσίοις γεχύνται χερόνοις, τῇ πρώτῃ διελήθηται διαλέξει. Φέρεται ὁ μαρκιανὸν εἰς μέθην ἀγόντες τὸν αὐτοκράτορα, περὶ τῆς ἰσορροσώμεν, πῶς τε ἦν καὶ ὅθεν, καὶ ὅπως τῷ βασιλείᾳ ῥωμαίων ἀνεσθῆσάτο. ἔτω τετὰ ἰσὺς αὐτὸς γεχνημένον καὶ τὰς ἰδίους ἀποθώμεθα καιρῶς. μαρκιανὸς τοίνυν ὡς ἄλλοις τε πολλοῖς καὶ μὴν καὶ πείσῳ ἰσορροπῆται τῷ ῥήτορι, ἦν μὲν θεατὸς τὸ γένος, ἀνδρὸς σεραιωτικῆ παῖς ὅς γε τῆς ἑσπερίας βιοτικῆς μεταλαχέειν ἐπιγόμενος, περὶ τῷ Φιλίππῳ πύλωνας ὀρεμάσῃεν, ἔνθα καὶ σεραιωτικῶς ἐδύνατο σωτέσθαι ταγμασῶν. ἀνα δὲ τῷ ὁδῶν θεάσθαι νεοφάγος σῶμα ἐπὶ γῆς ἐρριμυθρον. ὃ παρεστῶς ἦν γὰρ τὰ τε ἄλλα πανάεις, καὶ ἐς τὰ μάλινα φιλιανθροπότα, ὡκτερε τὸ γεγονός, καὶ ἐπὶ πολὺ τῷ πορείᾳ ἐπέχε, τῷ εἰκότων μετὰ δὲ εἶναι βεβλόμενος. ἐπειδὴ δὲ ἴνας τῆτο τετέσθαι, ταῖς ἐν τῇ φιλιππηπόλει προσηύχοντων δόχαις αἰ τὸν μαρκιανὸν ἀπαλαβεῖσθαι, τὰ ἀεὶ τῆς μαιφονίας ἀνθρώπων. καὶ δὴ τῷ σοχασμῷ, καὶ τῶν εἰκότων πλέων τῆς ἀληθείας καὶ τῆς γλώττης ἐχρηκότων, τὸν φόνον τῶν ἀνδρῶν ἀνανοιδύει, καὶ μαιφόνος γε ποινας μελλοῖτο δόπιλσαι, θεάτις δεξάπτης ῥοπή τὸν μαιφόνον ἀπαλιδώσιν ὅς τῷ κεφαλήν ἀποτέμενος ποιήσῃ δρομάει, τῷ κεφαλῷ τῷ μαρκιανῷ χαρίζεται. ἔτω παρὰ δὲ σῶθεις, ἐν πνι τῶν αὐτοῦ σεραιωτικῶν τελῶν ἀφικνέεται, ἐν αὐτῷ ἀπαλιδώσιν βεβλόμενος. οἱ τὸν ἀνδρα θαυμάσαντες, μέγαν τε ἔσεσθαι καὶ ἀξιολογώτατον εἰκότως τεκμηρεύμενοι

EA quæ Theodosii Junioris temporibus gesta sunt, superiore libro complexi sumus. Jam vero Marcianum celebrem illum Romanorum Imperatorem, in medium producentes, primum exponamus quis & unde fuerit, & quonam modo ad imperium pervenerit. Deinde res ab illo gestas, suo loco ac tempore referemus. Igitur Marcianus, sicut cum ab aliis multis, tum à Prisco Rhetore proditum est, oriundus fuit ex Thracia, patre militari. Qui cum paternum vivendi genus sequi cuperet, Philippopolim petrexit: ibi militaribus numeris adscribisse posse confidens. Dum verò iter faceret, offendit cadaver hominis recens casti, quod humi projectum jacebat. Cui adsistens: erat enim cum alia egregius, tum admirabili humanitate ac misericordia præditus, casum ejus miseratus est, satisque diu illic substitit, cupiens homini iusta perfolvere. Id factum conspicati quidam, retulerunt Magistratibus Philippopoleos. Qui mox comprehensum Marcianum de cæde hominis interrogarunt. Cumque conjectura & indicia plus quam veritas ipsa, & quam lingua rei eadem pernegantis valuissent, jamque Marcianus homicidii pœnas daturus esset, repente divina providentia cædis autorem prodidit. Qui capite suo pœnas sceleris perfolvens, Marciani caput servavit. Hoc modo præter expectationem servatus, ad quendam illic militarem numerum venit, ut in eo militiæ nomen daret. Illi hominem admirati, & magnum ac præpotentem quandoque futurum certissimis conjecturis

augurati, cum libentissimè susceperunt, atque in suum numerum cooptarunt, non tamen postremo loco, ut militaris lex postulat: sed in quodam gradu militis recens defuncti, cui nomen erat Augustus, Marcianum qui & Augustus, adscriperunt in albo militari. Adeo ut Marcianus nomine suo præveniret appellationem Imperatorum nostrorum, qui nuncupationem Augustorum simul cum purpura induunt. Prorsus quasi nomen in illo permanere noluerit absque dignitate, nec dignitas aliud nomen quo ipsa exornaretur requisierit. Ita ut idem nomen, & proprium illi, & appellativum extiterit, uno eodemque vocabulo dignitatem illius & nomen designante. Accidit præterea aliud quiddam, ex eo conjicere licuit Marcianum aliquando imperatum esse. Nam cum sub Aspare militaret adversus Vandalos; Romanis ingenti prælio victis, ipse unà cum aliis pluribus captus, & in campum perductus est, cum reliqua multitudine captivorum, quam Geisericus spectare cupiebat. Qui cum in unum collecti essent. Geisericus in solario sedens, tantæ captivorum multitudinis spectaculo sese oblectabat. Porro cum tempus extraheretur, singuli pro arbitratu suo libere agebant: Nam Custodes mandatu Geiserici, captivos vinculis absolverant. Atque alii quidem ex captivis aliud quiddam agebant: Marcianus verò humi procumbens, sub Sole ferventi, & plus quam tempestas anni ferebat torrido, dormiebat. Tum aquila supernè adveniens, volatu soli perpendiculariter opposito, instar cujusdam nubis, umbram illi fecit, eumque hoc facto non mediocriter refrigeravit. Quo miraculo obstupetatus Geisericus, statim quid eventurum esset, conjecit: accitumque ad se Marcianum libertate donavit, gravibus prius sacramentis eum adstringens, ut postquam imperium adeptus esset, fidem servaret Vandalis, nec adversus eos expeditionem moveret. Quod quidem à Marciano re ipsa servatum fuisse Procopius scribit. Verum relictis diviticulis, ad propositum redeamus. Fuit Marcianus erga Deum quidem pius: in subditos autem justissimus. Divitias veras existimans, non eas, quæ reconditæ sunt, aut quæ ex tributis colliguntur: sed eas solum, quæ indigentium penuriam sublevare possint, & locupletibus tutas ac securas

ἠδὲ σαπροδέχοντα, καὶ σφίσι αὐτοῖς ἐγκατα-
λέγασιν, ἅτι ἐχάθον ὡς ὁ στρατιωτικὸς ἐβόησεν.
μὲν ἔσδ' ἕνα βαθμὸν ἀεὶ τέλει διηκασθῆναι
ἀνδρὸς ἀνγστος ὄνομα τέτω, μαρκιανὸν τὸ
καὶ αὐτὸν ἐστὶν παραγγελίαν ἐχέοντα ὡς
ὡς φθάσαι τὸνομα τὴν προσηγορίαν τῶν
τέρων βασιλέων, τὸ καλεῖσθαι ἀνγστος μὲν
ἀλγεῖδ' ὡς ἀβαλλομένων ὡς περὶ ἑκατο-
χομένε τὸ ὄνομα ἔπ' αὐτῶν χωρὶς τ' ἀξίας
μῆναι, μὴ δ' αὐπάλιν τ' ἀξίας ἕτεροι
μαζήσασθαι ἐς σεμνολόγημα ὡς κτεροῦ
προσηγορικὸν τὸ αὐτὸ καθεσάναι, διὰ μὲν
κλήσεως, τ' τε ἀξιώσεως τῆς τε προσηγορίας
σημαιομένηων. Ἐτέρον δ' συνέπεσε τὴν βασι-
λείαν τὸ μαρκιανῶ τεκμηριῶσαι διωάμι-
νον. ἐπειδὴ γὰρ ἄσπαρι συνεστράτευσεν ἱβαν-
δίων, δορυαλώθ' τε γέγονε σὺν ἑτέροις
πλείοις, ὡς ἀπολύ τῶν βανδίων ἠπὸ βαν-
δίων, ἄσπαρ' ἄνα τὸ πεδίον ἠχθη μὲν τῶν
ἀνδραπόδων, γίγρερχε τὸς ζωηθέντας
ἰδεῖν βελθόντων. οἷπε ἐπειδὴ ἠλίωσσαι,
ἐν τῶν ὑπεράνω ὀχέειν καθῆσο, τὴν
πλήθει τῶν σαγηνωθέντων ἠδ' ὀμοῖα καὶ
καὶ ἐτερομένε, ὡς ἀν' ἐκάστους ἐδόκη, διετί-
λιν ἀνείσαν γ' οἱ φύλακες τὰ δεσμά, γί-
ερχε πρὸς ἄξιν. ἀλλ' ὁ μὲν ἐν ἀλλοσι
ἐπεπράχθ' μαρκιανὸς δ' καθεῖς αὐτὸν ἐς τὸ
πεδίον, ὑπὸ τῶ ἠλίω ἐκάθευδε, θερμῶ τε
ὄντι καὶ διαπύρῳ ὡς ἀπὸ τῆν αἴραν τ' ἔτες. αἰ-
τὸς δ' τῶν ὑπερὲν ἐπίσας, καὶ κ' ἐκάθευ, τὴν
ἠλίω ἀντιμέτωπον τὴν πῆσιν ποιησάμεν
νεφέλης δίκην σκιάν, καὶ τὴν ἐπὶ εὐθείᾳ ὡς
ψυχὴν τῶ μαρκιανῶ ἐτεχνάσατο ὡς θα-
μάσαντα γίγρερχον, συμβαλεῖν διόχως ὡς
ἐσόμδρα, μελαπέμπτον τε τὸν μαρκιανὸν
ποιησάμενον ἀφῆναι τῆς ἀιχμαλωσίας,
ὄρκοις δ' ἐνόις κατὰ σφαλίσμδρον, ἢ μὴ τὰ
πρὸς ἀφυλάξην βανδίοις ἐς βασιλείαν πα-
ριόντα, καὶ ὄπλα καὶ αὐτῶν μὴ κινῆν καὶ
φυλάξαι τὸν μαρκιανὸν ἐπὶ τοῖς ἔργοις ὡς
προκόπι' ἰσορεῖ. ἀλλ' ἐπὶ τὸ προκειμένον
ἐπανώμδρ, τὴν ἐπιροπὴν ἔασαντες, ἢ ὁ μαρ-
κιανὸς τὰ πρὸς θεὸν βίσεθης, τὰ πρὸς πο-
λίτευομένους δίκαιος πλεῖστον ἠγέμεν ὡς τὸ
ἀπόθετον, ἔδ' ἐ μὴν τὰ διὰ δασμολογῶν
συμφορέμενον ἕνα δ' ἐ μόνον τὸν τοῖς δεο-
μένοις ἐπαρκῶν διωάμενον, καὶ τοῖς πολλοῖς

κεκλήμενοι ασφαλῆ παρέχειν τὸν πλεόν. Φοβερός ἔκ ἐν τῷ τιμωραῖος, ἀλλ' ἐν τῷ τιμωρησῶς δι' αὐτὴν δρεχὴν ἀβλον δρετῆς ἔ κληρονομίαν ἔχε, τῆς τε γερσίας τῶν τε ἀλλων τῶν πασαν πληρέτων τύχην, ἀπάσαις ἡφοῖς τὴν βασιλείαν αὐτῷ παραχομένην γνώμη πηλχειας ἦν καὶ ἐσωκίσατο μὲν ὡς βασιλίδα. ἔ μὴ ἔγνω, αἰπαῖδ' ὀκείνης μέχρι γήρωος μνάσσης γέγονε ἵ ταῦτα, ἔπω μὲν βασιλιανῆς τῆς ῥώμης αὐτοκράτορος τὴν ἡφον Ἐπικυρώσαν, ὁμωσ δ' ἐν διατὴν δρεχὴν ἐπιψηφίσατο ἡβέλτο ἵ μαρκιανός ἔ τῷ θεῷ κοινὸν πασα πάντων σέβας προσάγεας, τῶν διατὴν ἀσεβειαν συλχθεισῶν γλωσσῶν αὐθις δισεβῶς ἐνεμμένων, ἡ διαμίας καὶ τ' αὐθις δοξολογίας τὸ θεῖον γεραίρεας.

Κεφ. β'.

Πιετῆς ἐκ καλχηδόνι συνόδου, καὶ πόσιν τὴν ἀπταν ἡ συνελεύσεως ἔχεν.

Προσίασι τούτων ἀπαταῦτα βελομένη, οἱ τε λέοντες τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης ἐπισκόπου διακονέμενοι ταῖς ἀποκρίσεσι, φάσκοντες διόσκορον ἀνά τὸ δεύτερον ἐν ἐφέσω συνέδριον, μὴ δέξαας τὸν λέοντα τόμον ὁρθοδοξίας ὄρον τυγχάνοινα. οἱ τε παρ' αὐτῆς διοσκόρου καθυβριδέντες, τὰ καὶ σφῆς ἐκείλοτες συνοδικῶς κειτῆναι. παρῶτερω ἵ μάλινα δισέβι' ὁ ἔ δουραῖς γεγονώς πρέσβρο, φάσκων ἐπιβελύμασι χρυσάφια ἔ θεοδοσίς ἡ παασις, αὐτὸν τε καὶ φλαβιανὸν καθαιρετῆναι, διότι χερσίον τῷ χερσαφίω ἡ δωῖπ, ὁ φλαβιανός ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ, χερσίονα, πρὸς ἐντροπὴν ἱερά πῆπομφιδ σιδῆ, ἡ ὅτι πασαπλήσι' τὴν κακοδοξίαν ἀτυχεῖ καθεισθηκῆ. ὁ χερσαφί' ἔλεγε ἵ τὸν φλαβιανὸν ἔ δαλαιας ἀνααιρετῆναι, πρὸς διοσκόρου ὠθέμενόν τε ἡ λακλιζόμενον. ἔξ ὧν ἡ ἐν καλχηδόνι συνόδ' ἀλίξεται, ἀγγελίων τε, ἡ ἀγγελιαφόρων πεμφθέντων, καὶ τῶν ἐκασταχῆ ἱερέων δισεβῶσι γεράμμασι κληθέντων, πρῶτα μὲν ἐν νικαῖα ὡς καὶ τὸν ῥώμης πρέσβρον λέοντα τοῖς ἐν νικαῖα συνελθῶσιν ἐπιγράψαι, πρὸς αὐτῆς ἐπιστέλλοντα, παρὲν ὧν ἐς τὸν οἰκίον πῆπομφιδόπον, πασασιανῆ καὶ λακενσίε ἡ

A opes suas præstare. Formidabilis, non tam propterea quod puniret, quã quod metuebatur, ne puniturus esset. Itaque imperium, non quidem hereditario jure, sed præmium virtutis adeptus est: cum Senatus & omnes omnium Ordinum viri, communi consensu hunc ei honorem detulissent, suafu Pulcheriã. Quam ille, utpote Augustam, uxorem quidem duxit: nunquam tamen cum ea rem habuit, quippe quæ in perpetua virginitate ad obitum usque permanferit. Atque hæc gesta sunt, antequam Valentinianus qui Romæ imperabat, electionem illam suo suffragio comprobasset. Quam tamen ille ob virtutem Marciani, postea confirmavit. Porro Marciano id maxime in votis erat, ut unus idemque cultus ab omnibus exhiberetur Deo, linguis quæ per impietatem confusæ fuerant, rursus pie unitis: utque divinum numen unã eademque glorificatione laudaretur.

CAP. II.

De Synodo Chalcedonensi & quam ob causam congregata sit.

Cum hæc in votis haberet, accedunt ad illum, tum responsales Leonis Romæ urbis Episcopi, affirmantes Dioscorum in secundo Ephesino Concilio suscepisse Epistolam Leonis, quæ doctrinam veræ fidei continebat. Tum ii, quos idem Dioscorus injuria affecerat, supplicantes ut ipsorum causã in Episcopali Concilio judicaretur. Sed præ cæteris urgebat Eusebius, Episcopus quondam Dorylai, asserens se ac Flavianum insidiis Chrysalphii protectoris Theodosii depositos esse, eò quod Flavianus Chrysalphio aurum pro ordinatione ipsius postulanti, ad pudorem ei incutiendum sacra vasa misisset: Et quod Chrysalphius in doctrina fidei cum Eutyche consentiret. Ajebat præterea Flavianum à Dioscoro pulsum & calcibus appetitum, miserabili modo interfectum esse. His de causis Synodus Chalcedone congregata est, cum nuntii ac tabellarii missi fuissent; & singularum urbium Episcopi litteris piissimi Imperatoris acciti essent, primum quidem Nicæam: adeo ut Romanus Episcopus Leo cum ad eos scriberet de Legatis, quos ad Concilium miserat, Paschasino scilicet, Lucensio ac reliquis, litteras suas inscriberet ad

Episcopos, qui Niceæ convenerant; Postea vero Chalcedonem. Et Zacharias quidem Rhetor Nestorio favens, ab exilio eum ad Concilium evocatum esse dicit. Sed rem aliter se habere excoliquet, quod Nestorius in illa Synodo passim anathemate damnatus est. Idem etiam diserte testatur Eustathius Episcopus Beryti, in literis, quas ad Joannem Episcopum & ad alterum Joannem presbyterum de rebus in Synodo gestis scripsit his verbis. Occurrentes denuo ii, qui Nestorii reliquias postulabant, contra Synodum vociferati sunt: qua de causa viri sancti anathemate damnantur? Adeo ut Imperator indignatione commotus, protectoribus suis mandaverit, ut eos procul expellerent. Quomodo igitur Nestorius evocatus sit, qui jampridem è vivis excesserat, equidem non video.

λοιπῶν ὕστερον ἢ ἐν καλχηδόνι τῆς Βιθυνίας ἢ Ζαχαρίας ἠρεμιστῆς ὁ ῥήτορας νεστορίου ἐκ τῆς ὑπερβολῆς μετέπειθοι γινώσκοντες τὸ δὲ γε μητὰυτῶν ἔτος ἔχειν, τεκμηριώδη τὸ πανταχῶς τὸν νεστορίου ἀναθέματα παρῶν. δηλοῖ δὲ μάλα καὶ εὐσταθίου ὁ τῆς βερύτων ἐπισκοπῆς, γεράφων πρεσβυτέρου ἐπισκοπῆς, καὶ πρεσβυτέρου ἑτέρου πρεσβυτέρου, καὶ τῶν ἐν τῇ συνόδῳ κινήσεων, ἐπιθέσεως ὡς. ὑπανήσαντες δὲ πάλιν ὁ ζήλων νεστορίου τὰ λείψανα, τὸ σινδὸν καὶ ἐπιπέλας, οἱ ἅγιοι διαβί, ἀναθεματίζονται. ὡς ἀνακήσασθαι τὸν βασιλέα τοῖς δευτέρου πύξιναι, μακρὰν αὐτὸς ἀπελάσαι. πᾶσι δὲ νεστορίου μετεκαλεῖτο, τῶν ὄντων μυσίας, ὅτι ἐχω λέγειν.

CAP. III.

Κεφ. γ.

Descriptio templi magnæ Martyris Euphemie in urbe Chalcedonenfi & miraculorum, quæ illic sunt, narratio.

Ἐκφρασις τῆς ἐκκλησίας τῆς μεγαλομάρτυρος ἑυφρασίας, τῆς ἐν καλχηδόνι ἢ διήρυσις τῆς ἡρωμένων ἐκ ἀποστάσεων.

Congregantur itaque in Basilica Euphemie Martyris, Chalcedone, quæ urbs est provincie Bithynie. Distat autem hæc Basilica à Bosporo duobus circiter stadiis, sita in loco quodam amœno & molliter acclivi: adeo ut qui in Martyris templum ascendunt, nullum ambulationis laborem sentiant, sed repente sublimes appareant, intra ipsam Basilicam consultantes. Ex qua, tanquam è specula, oculos demittentes, subjectos campos cernunt in planitiem porrectos, viridi gramine vestitos, ac fegetibus veluti fluctuantes, atq; omni arborum genere exornatos: montes præterea silvosos, sensim sese attollentes atque incurvantes. Diversa denique maria: hæc quidem serenitate renidentia, & litoribus suaviter ac placide alludentia: ubi scilicet tranquilla sunt loca, absque ventis ac tempestatibus. Alia verò æstuantia & fluctibus infremtentia, cochleas, algam, & ex testaceis levissimos quosque pisciculos reciproco æstu deferentia ac denovo retrahentia. Porro templum ipsum situm est è regione Constantino-poleos: adeo ut tantæ urbis aspectu templum non mediocriter venustetur. Constat autem ex tribus amplissimis ædibus. Prima est sub dio, longo atrio & columnis undique exornata.

Ἀλίζονται τοίνυν ἀνά τὸ ἱερὸν τέμενος διόφημιᾶς τῆς μάτυρῆς ὅπερ ἰδρυμένη ἐστὶν ἐπὶ τῆς καλχηδόνων τῆς βιθυνίων ἐθνικῆς ἀπόικισαι ἢ τῆς βοσπόρου σταδίοις ἑπτάσται δύο, ἐν τῇ τῶν διφύων χωρίων ἡρεμιστῆς ὡς τε τὰς ἀπειπάτας ἀνεπαύδητες εἶναι τοῖς εἰς τὸν νεῶν ἀπίσσι τῆς μάρτυρῆς, ὅσα πῆλός τε μετεώρεως εἶναι εἰς τῶν ἀνακθρων γρομδρῆς. ὡς τε τὰς ὄψεις ἐκχέοντας ἐκ ἀπειπῆς, ἀπαντὰ θεωρεῖται ὑπερθεωρῆτα πεδία, ὁμαλῆ καὶ ὑψηλὰ τῆς ποταμῶν ἄλλοις τε κυμανώδρῆς, καὶ παντοδαπῶν δένδρων τῆς θεᾶς ὡρεζόμενα, ὅσα τελασία ἐς ὑψὸς ὑπερπῶς μετῶρεζόμενα τε κλυπεύμενα ἀταρῆς πελάγη διάφορα, τὰ μὲν τῆς γαλήνης πορφυρεύμενα, καὶ ταῖς ἀνταῖς πρὸς τῶν ὄντων ἡδύ τε ἡμερῶν, ἐν ταῖς νεματὰ χερσὶ καθεσάσι τὰ ἵππα φλάσσειν τε καὶ τοῖς κύμασι ἀγριαίνοντα, καὶ χλωμάς τε καὶ φυκία καὶ τῶν ὄρεα κοδῆμων τὰ κρυφότερα μὲν τῆς ἀντανάκλασεως τῶν κυμάτων αὐτῆς ἀναστροφῆς ἀντικρῆς ἢ τῆς κωνσταντινῆς τὸ τέμενος ὡς ἐκ τῆς θεᾶς τῆς τοσαύτης πόλεως, τὸν νεῶν ὡρεζόμενος, τοῖς δὲ ὑπερμεγέθεις οἰκοῖ τὸ τέμενος εἰς μὲν ὑπαίθριος, ἐπιμήκη τῆς αὐτῆς ἐκίσει πάνθεν κοσμημένη.

ἕτερός τε αὐτῶν τὸ τε δῦρον τὸ τε μή-
κλον, τὰς τε κίονας μικρὰ ᾤδα πλῆσι. μό-
νον ὃ τῷ Ἐπιμελίῳ ὀρθῶς διαλάττων. ἔκ-
τῳ βόρειον πλάτανον πρὸς ἡλιον ἀνιχθίον,
ὄκλον ᾤδα φερὴς ἐς θόλον δὲ μάλα τεχνικῶς
ἔξηκημύρις κίονισιν, ἰσοῖς τῷ ὕλῳ, ἰσοῖς τὰ
μεγέθη καθεσῶσιν, ἐνδοθεν κυκλῆμυρον.
ὑπὸ τέτοις, ὑπερωῶν τι μετῴρα ἔλαμ-
πνῶν αὐτῶν ὀρθῶς ὡς ἀνὰ κλίματιν ἐξῆτοίς
βελουμύρις ἐκείθεν τε τῷ μάρτυρα, ἐπὶ τοῖς
τελευμύρις παρεῖται, ἐσω ὃ τῷ θόλῳ πρὸς τὰ
ἐῶσα, ἐν περὶ ἐπὶ σπηλαίῳ, ἐν τὰ τὰ πανάγια,
τῆς μάρτυρος (δοκίμῃ) λείψανα ἐν τῷ σπηλαίῳ
τῷ Ἐπιμελίῳ, μακρὰν ἐνοικαλέσων, ἐξ ἄρ-
γύρου ἐν μάλα σοφῶς ἠσκευώθη. καὶ ἂν μὲν
ὑπὸ τῷ παναγίῳ Ἐπιμελίῳ χρονοῖς θαυμαστῶ-
γῆται, πᾶσι χριστιανοῖς ἐκδήλα. πολλὰ κί-
νητοῖς κατὰ καιρὸν τῷ αὐτῷ Ἐπισκοπῶσι
πάλιν ὄναρ Ἐπιστᾶ (αὐτοκλήσις), ἢ καὶ πῶ-
τῷ ἄλλως ἐς βίον Ἐπιμελίῳ ᾤδα ἰσομενοῖς
αὐτῶν τὸ τέμνον τρυγᾶν. ὅπως ἐπειδὴ τοῖς
τε βασιλεῦσι, τῷ τε ἀρχιερεὶ καὶ τῇ πόλει καὶ ἄ-
δηλον ἢ φοιτῶσιν τὸν νεῶν, οἱ τε τὰ σκήπτρα,
οἱ τε τὰ ἱερά ἐπὶ τὰς ἀρχαῖς διέποντες, ἅπασ τε
ὁ λοιπὸς ὄμιλος, μετὰ γὰρ τῷ τελευμύριον
βελουμύριον πάλιν τε ἐν ὀρώριον ἀτῶ κωνσταν-
τίνῃ περὶ ἑσθρας μὲν τῷ ἀμφὶ αὐτῶν ἱερέων, ἐσω
τῶν ἀνακτορῶν χωρεῖ, ἐν τὰ τὸ τελευμύριον μοι
παναγίον δοκίμῃ σώμα ἐστὶ πικρὸν ἰδίον
μικρὸν καὶ τῷ αὐτῷ σπηλαίῳ ἐν τῷ λαῶν μερῶ.
θύραις μικραῖς καὶ σφαιρισμύριον, ὅθεν σίδη-
ρον Ἐπιμελίῳ τὰ πανάγια λείψανα ἀπό-
γον ᾤδα ἐξήσαντες ἐπαφιάσι, καὶ τὸν ἀπόγον
ᾤδα ὀνόματι, ἐς ἐσθρας τὸν σίδηρον ἀνέλκυσιν,
αιμάτων πλήρη, ἰσομενοῖς πολλῶν, ὅπως ἐπα-
ὄλεως ἰδοῖ, ἐυθέως ᾤδα ἐκίνησε τὸν θεὸν γε-
ραίων. τοσαύτη ὃ κατέστηκε τῶν ἐκφερομέ-
των ἢ πληθὺς, ὡς ἐπὶ τὰς δισεβείας βασιλεῖς,
καὶ πᾶσι τὰς ἀνακτορῶν ἱερέας, καὶ μὴν καὶ πᾶ-
σα τὸν ἀθροῖζόμενον λαὸν, πλῆσιν τῶν ἀναδι-
δομένων μετὰ λαμβάνειν, ἐκπέμπεται αὐτῶν
ἀνα τὴν ὑψηλὸν πᾶσαν τῶν πῶσιν τοῖς βελο-
μύρις, καὶ διαπαντός τὰς τε θεομύρις σώζεσθαι,
τὸ ἐποναγίον αἷμα, μηδὲ μᾶλλον ἐστῆσαν με-
ταχωρῶν ὄναρ. ἅπασ θεοπεπῶς τελείῃ, ἐκα-
τὰ πᾶσα διαρικμένη ᾤδα ἰδίον, ἀλλ' ὡς ἀνὰ τῷ
ᾤδα ἰδίον βίον, καὶ τῶν τῶσιν σεμνότης
βίον. Φασὶ δὲ ἐν ὅτε μὲν τῶν ἀρχιερέων

A Posthanc altera, longitudine ac latitu-
dine, & columnis propemodum simi-
lis: hoc uno discrepans, quod culmen
habet impositum. In cuius Boreali la-
tere ad ortum Solis, ædes est rotunda in
modum testudinis, admodum artificio-
se elaborata, columnis & materia &
magnitudine inter se paribus interiùs
circundata. Super his cænaculum est
sublime, sub eodem culmine. Ex quo
licet iis, qui voluerint, Martyri suppli-
care, & sacris interesse mysteriis. In-
tra testudinem, verò ad orientem So-
lem tumulus est magnificus, in quo san-
ctæ Martyris reliquiæ jacent in arca
quadam oblonga reconditæ, quàm
nonnulli μακρὰν vocant, ex argento pul-
cherrime fabricatâ. Ac miracula qui-
dem, quæ subinde patrantur à sanctis-
sima Martyre, nota sunt omnibus
Christianis. Frequenter enim aut
Episcopis illius civitatis, aut viris pieta-
tè illustribus, qui ad ipsius basilicam
advenerint, in somnis apparens, præ-
cipit ut in templo vindemient. Quod
ubi tum Imperatori, tum Patriarchæ,
totique civitati innotuit, statim omnes
ad Basilicam pergunt, tam Augusti sci-
licet, quàm pontifices & magistratus,
& reliqua populi multitudo, ut sacro-
rum mysteriorum participes fiant.
Cunctis deinde spectantibus, Episco-
pus urbis Constantinopolitanæ unâ
cum suis sacerdotibus in sacrarium in-
greditur, in quo sacrum illud, de quo
dixi, corpus depositum est. In ead-
em arca foramen est exiguum in la-
va parte, parvis quibusdam ostiis ob-
firmatum. Per quod, ferrum oblongum
cui spongia annexa est, usque ad
sacras reliquias demittunt. Et post-
quam spongiam hac illac verterint,
ferream virgam ad se retrahunt, cruo-
re plenam & coagulato sanguine.
Quod ubi populus viderit, confestim
Deum cum laudibus adorat. Tanta
autem est cruoris, qui illinc extrahi-
tur copia, ut non solum piissimi Im-
peratores, & Sacerdotes illic congregati,
universa denique populi multitu-
do ibidem collecta, abunde ex eo ac-
cipiant: sed & fidelibus quicunque
cupierint, per universum terrarum or-
bem guttas ejus mittant. Porro co-
agulatus ille sanguis perpetuo durat,
nec in alium colorem mutatur sacer
cruor. Hoc autem miraculum fit,
non certo aliquo ac definito tem-
poris spatio, sed prout Episcopi vita
& morum gravitas promeruerit.
Ferunt enim, quoties vir probus atque

honestus omniq; virtutum genere exornatus, Ecclesiam rexit, id miraculum fieri, & quidem frequentissime: quoties verò non ejusmodi Antistes fuerit, raro hæc signa evenire. Jam verò aliud miraculum comemorabo, quòd nec tempore, nec ullà ex causà interrumpitur, nec discrimen facit inter fideles atque infideles: sed omnibus ex æquo prostat. Ubi quis ad eum locum accesserit, in quo est arca illa pretiosa, quæ sacras continet reliquias, ejusmodi odoris suavitatem sentit, quæ omnes còsuetos odores longe superat. Nam neque odori, qui ex pratis colligitur, neque ei, qui ex rebus fragrantissimis exhalat, similis est odor ille, nec qualis ab unguentariis conficitur: sed peregrinus quidam & excellens, per se ipsum declarans quanta sit virtus reliquiarum, quæ ipsum emittunt.

Α τίς κυβερνήη καὶ ταῖς ἀρεταῖς ἐπίσημοι, τὸ τοτὸ θαῦμα καὶ μάλις συχνῶς γίνεσθαι ὅτε δὲ τῶν ἐ τοιούτων, σπανίως τὰς τοιαύτας θεοσημείας περιένοι, λέξω δὲ τίς ὅστις ἐχρῶντο, ἔ καιρὸς διαλέμεν. ἔδὲ μὲν πρῶτος τε καὶ ἀπίστος διακέχειται, πᾶσι δὲ ἰσὺς ἀνείται· ὅταν ὡδὲ τῆς χώρας τις γινήται ἐνθα ἡ τιμία σορὸς ἐν ἡ τα παναγαλέψανα, ὁδμῆς δὲ ὡδὲς ἐμπύπταται, πρῶτος συνήδης ἀνθρώποις ὑπερέβρα. ἔδὲ γὰρ τῆ ἐκ λαμῶν ἀθρηζομένη παρῶκεν, ἔδὲ γε τῆ ἐκ τῶν διαδύτων ἀναπεμπομένη, ἔδὲ ὡς ἴαν μωρῶς ἐργάσαιο· ἔξην δὲ τίς καὶ ὑπερφύης, ὡς αὐτῆς πᾶσα τῶν ἀναδιδόντων τῶν δὲ ναμν.

CAP. IV.

De iis, quæ in Synodo agitata sunt & sancita: & quomodo Dioscorus Alexandria Episcopus depositus sit: Theodorus autem & Ibas aliisque nonnulli restituti sint.

Hocigitur in loco suprascripta Synodus congregata est, Paschafino quidem & Lucentio Episcopis cum Bonifacio presbytero, vices, ut dixi, gerentibus Leonis Archiepiscopi senioris Romæ: Anatolio verò Constantinopolitanæ Ecclesiæ Episcopatum gubernante, Alexandrinæ autem præfidente Dioscoro: Præsentibus etiam Maximo quidem Antiochiæ, Juyenale autem Hierosolymorum Episcopis. Aderant item Episcopi, quos illi circa se habebant, & ii, qui in Senatu urbis regis principem locum obtinebant. Quibus Vicarii Leonis dixerunt, non debere Dioscorum unà cum ipsis in Concilio federè. Id enim sibi mandatum esse ab Episcopo suo. Quod nisi fieret, se protinus Ecclesia excelsuros. Cumque Senatores interrogassent, quænam essent crimina, quæ obijciabantur Dioscoro, responderunt debere illum iudicii sui rationem reddere, qui contra fas personam iudicis suscepisset, absque permisso Romani Pontificis. Quibus dictis, cum Dioscorus ex decreto Senatus in medium processisset, ibique refideret, Eusebius postulavit, ut libellus precum, quem Imperatori obtulerat, recitaretur, his verbis usus: Injuriã

Κεφ. δ'.

Περί τῆ ἐ τῆ συνόδου κινηθέντων καὶ τυρωθέντων καὶ ἀδίσκορος ἡ ἀλεξανδρείας καθήρηθη· θεωδέωτος καὶ ἰβας, καὶ τινος ἑτεροί ἀικλάθισαν.

ΕΝταῦθα ἡ λελεγμένη μοι σύνοδος ἀλιζεται, τὸν τόπον λέοντος ἀρχιερέως τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης διεπόντων ὡς εἰρηπασκασίνα καὶ λακενσίε ἐπὶ κρόπων, καὶ βοιφαπίε πρεσβυτέρα τῆς κωνσταντινῆς μὲν πρεσβυτέρου ἀναθλίε. διόσκορος δὲ τῆς ἀλεξανδρείας ἐπισκοπεῖν μαξιμα τε ἀντιοχείας, καὶ ἰεβαναλίε ἱεροσόλυμων· οἷς παρήσαν οἱ τε ἀμφοῦ ἀλλῆς ἱερέας, καὶ οἱ τὰ κορυφαῖα, τῆς ὑπερφύης γενεσίας ἐχούσης πρὸς ἐς οἱ τὸν τόπον πληρετες λέοντος, ἔφασκον μὴ δὲν διόσκορον συγκαθεδρον σφίσι γνέσθαι· τῆτο γὰρ οὐτοῖς ἐπιτεροφθαί πᾶσα τῶ σφῶν ἐπὶ κρόπε λέοντος, καὶ εἰ τῆτο μὴ φυλάξωσιν, αὐτῆς ἐκκλησίας ἀπαλλάττει καὶ πυθομένης τῆς γενεσίας, ἡ ἀρα εἶν τὰ ἐπαγομένα τὰ διόσκορον, διεξήλθον λόγον ὁφείδειν αὐτὸν ὑποχρῆν τῆς δικείας κεισεως, καὶ πρὸς ὅσον παρὰ τὸ εἶκος ἀνεληφῶτα. ὡς εἰρημένων, ἐπειδὴ διόσκορος ὑψῆφ τῆς συγκλήτε ἀνὰ τὸν μέθον καθῆσο χῶρον, δισέβιος δὲ τῆ τῆς ἐπιδομένης πᾶσα αὐτῆ τῆ βασιλείας δεήσεις ἀναγνωσθῆναι, φήσας ἐπὶ λέξεως ταῦτα. ἡδίκημα παρὰ

ἡ δὲ διοσκόρε, ἡ δὲ κληρὶς ἡ πίστις, ἐφονεύθη
 Φλαβιανὸς ὁ ἐπίσκοπος, ἀμα ἐμοὶ ἀδίκως
 καθήρηθη παρ' αὐτῶν κελύσασαί τας δέησεις με
 ἀναγνώσων ἡναι ὅπως ἐπειδὴ διελάληθη, ἡ δὲ ἡ-
 σις ἀναγνώσεως ἐτυχε, ταυτὶ φθέρουμένη τὰ
 ῥήματα τοῖς φιλοχρίστοις τε καὶ εὐλαβέσασιν
 καὶ εὐσεβέσασιν βασιλευσὶν ἡμῶν Φλαβίους
 βαλεντινιανῶν καὶ μαρκιανῶν τοῖς ἀειούσασιν.
 ἡ δὲ εὐσεβεία τῶν ἐλαχίστων ἐπισκόπων δορυ-
 λαις, ποιημῆρας τὸν λόγον ὑπερτεταύτων καὶ
 τῆς ὀρθοδόξης πίστεως, καὶ ὑπερτῶν ἐν ὁσίοις
 Φλαβιανῶν ἡρμομένων ἐπισκόπων τῶν κωνσταν-
 τινῶν πόλεως σκοπὸς τῶν ὑμετέρων κρατῶν, ἀπάν-
 των μὲν τῶν ὑποκώων προνοεῖν, καὶ χεῖρα ὀρέγειν
 πᾶσι τοῖς ἀδίκωμένοις· μάστιγα δὲ τοῖς ἱερο-
 τῶν τελῶσι καὶ ἐν τῶν ἁγίων θεο-
 πύλαις, παρ' ἑτὸ βασιλευσὶν ἡμῶν καὶ κρα-
 τῶν τῶν ὑφ' ἡλίον δεδωρηθῆναι ἐπεὶ ἐν πολλὰ καὶ
 δυνάτῃ ἡ δὲ πᾶσαν ἀκολοῦσαν ἡ εἰς χρεῖσιν
 πίστε, καὶ ἡμεῖς πασιπρόθεως ἡ δὲ διοσκόρε
 τῶν εὐλαβέσασιν ἐπισκόπων τῶν ἀλεξανδρέων
 μεγαλοπόλεως, προσομιμῶν τῶν ὑμετέρων εὐσε-
 βεία τῶν δικαίων ἀξιότιμος τυχεῖν τῶν ἐπι-
 ματῶν ἐν τῶν ἐπιτοῖς ἐπὶ τῶν ἐναγχοῦν ἡρμομένων
 σωδῶν ἐν τῶν ἐφεσίων μῆροπόλε, ἡν ὀφελόν
 γέην μὴ χυρῶν, ἵνα μὴ κακῶν καὶ ταραχῆς
 τῶν οὐκ ἐμμένων ἐμπλήσῃ, ὁ χρεῖσιν διοσκόρου
 παρ' ἑδὲν θέμεν τὸν ἑδικαίον λόγον, καὶ
 τὸν ἑθερὸ φόβον ὁμοδοξῶν καὶ ὁμοφρονῶν
 ἐνυχεῖς ἑμαλαίφρονοι καὶ αἰετιμῶν, λαν-
 θάνων ἡ τῶν πολλῶν, ὡς ὑπερνεύσιον ἐφανε-
 ρωσεν· ἐν τῶν καιρῶν τὴν γενημένην παρ' ἡμῶν
 καὶ ἐνυχεῖς ἑμοδοξῶν ἀπὸ καθήγοριαν, καὶ
 τῶν ἐπ' αὐτῶν ἑξενεχθεῖσαν ὑψὸν ἡ δὲ τῶν
 τῆς ὁσίας λήξεως Φλαβιανῶν ἐπισκόπων,
 πλῆθος ἀτάκτων ὁχλῶν σωμαγαγῶν, καὶ
 ὀδωσείων ἑαυτῶν διαχρημάτων ποσειά-
 μεν, τῶν εὐσεβῶν ἡρησκείαν τῶν ὀρθοδό-
 ξων ὅγε ἵκον εἰς αὐτὸν ἐλυμνήατο, καὶ τῶν
 κακοδοξίαν ἐντυχεῖς ἑμονάζοιτο, ἡ πῆς
 ἀνωθεν καὶ ἑξ ἀρχῆς ἡ δὲ τῶν ἁγίων πα-
 τῶν ἀπεκνήχθη, ἐβεβαίωσεν. ἐπεὶ ἐν ἑμι-
 κρῶ τὰ τέλομημένα ἀπὸ κατὰ τε τῆς εἰς
 χρεῖσιν πίστεως καὶ κατ' ἡμῶν, δέομεθα
 καὶ πασιπρόθεως τῶν ὑμετέρων κρατῶν, θε-
 πασαι τὸν αὐτὸν εὐλαβέσασιν ἐπίσκοπον
 διοσκόρον, διπλογοῦσασιν τοῖς παρ' ἡ-
 μῶν ἀπὸ ἐπαλομένοις. δηλαδὴ τῶν παρ' αὐτῶν

affectus sum à Dioscoro. Fides injuria
 affecta est. Occisus est Flavianus Epi-
 scopus, & mecum injuste depositus est
 ab illo. Iubete ut preces meae reciten-
 tur. Cumque Judices interlocuti essent,
 recitatus est libellus precum, qui sic ha-
 bet. Christi amantibus, religiosissimis
 ac piissimis Imperatoribus nostris, Fla-
 vio Valentiniano, & Flavio Marciano,
 perpetuis Augustis, ab Eusebio humil-
 limo Episcopo Dorilaei, verba facien-
 te pro se ipso, & pro Orthodoxa fide,
 & pro sanctae memoriae Flaviano, qui
 fuit Episcopus Constantinopolis. Pro-
 positum est Majestati vestrae, om-
 nibus quidem subditis providere, &
 cunctis, qui injuria affecti sunt manum
 porrigere: praecipue vero iis, qui sa-
 cerdotio funguntur. Ita enim Deum
 colitis, à quo imperium & dominium
 orbis terrarum vobis concessum est.
 Quoniam igitur fides Christi, & nos ipsi
 multa gravia contra jus fasque perpeffi
 sumus à Dioscoro Reverendissimo E-
 piscopo magnae civitatis Alexandriae,
 accedimus ad Pietatem vestram, pos-
 tulantes ut jus nobis reddatur. Cau-
 sa autem hujusmodi est. In Concilio,
 quod paulo ante celebratum est in me-
 tropoli Ephesiorum, quod utinam ce-
 lebratum nunquam fuisset, ne orbis
 terrarum malis ac tumultibus imple-
 retur: bonus ille Dioscorus, nullam ju-
 stitiae rationem habens, nec Dei timo-
 rem considerans, cum ejusdem opini-
 onis ac sententiae esset cum Eutyche,
 perdita mentis homine atque haereti-
 co; occultus autem esset, sicut postea
 apertissime declaravit; occasione at-
 repta ex accusatione quam ego adver-
 sus Eutychem erroris ipsius consortem
 institueram, & ex sententia à pia me-
 moriae Flaviano Episcopo contra eun-
 dem Eutychem prolata, turbam in-
 compositam seditiosorum hominum
 collegit. Cumque tyrannicam domi-
 nationem pecunia sibi comparasset,
 piam quidem religionem Orthodo-
 xorum, quantum in ipso fuit, labefacta-
 vit: pravam autem opinionem Euty-
 chis Monachi, quae jam pridem & ab
 exordio à sanctis Patribus condemnata
 fuerat, confirmavit. Cum igitur
 non levia sint, quae adversus fidem
 Christi, & contra nos facere ten-
 tavit, provoluti ad pedes Majesta-
 tis vestrae rogamus, ut eundem re-
 ligiosissimum Episcopum Dioscoro-
 rum respondere jubeatis iis, quae
 à nobis illi objiciuntur: lectis scilicet

coram sanctissima Synodo monumen-
 tis actorum, quæ ille contra nos confe-
 cit. Ex quibus demonstrare possumus,
 illum & à recta fide alienum esse, & hæ-
 resin plenam impietatis confirmasse, &
 nos injustè deposuisse, & gravissimis
 malis affecisse: missis videlicet divinis
 & adorandis mandatis vestris ad san-
 ctam & universalem synodum Deo cha-
 rissimorum Episcoporum, ut causam,
 quæ est inter nos & suprâ memoratum
 Dioscorum, audiat, & ad notitiam pie-
 tatis vestræ cuncta referat, quæ gerun-
 tur, juxta id, quod placuerit immortali
 culmini vestro. Hoc si consecuti fu-
 erimus, continuas ad Deum preces
 fundemus pro sempiterno imperio ve-
 stro, divinissimi Imperatores. Post hæc
 juxta petitionem, tam Dioscori, quam
 Eusebii, acta secundæ synodi Ephesi-
 næ publicè recitata sunt. Quorum
 particularem expositionem, quæ mul-
 tis quidem verbis comprehensa est,
 habetur autem in actis Chalcedonen-
 sis Concilii, ne iis, qui ad exitum rerum
 gestarum pervenire festinant, nimium
 verbosus videar, huic secundo historiæ
 nostræ libro subjunxi: his qui cuncta
 exactè cupiunt cognoscere, ista legen-
 di potestatem faciens, & accuratam
 rerum notitiam percipiendi. Interim
 verò ea, quæ majoris momenti sunt,
 percurrens strictim commemorabo:
 Convictum scilicet esse Dioscorum,
 quod Epistolam Leonis Episcopi seni-
 oris Romæ non suscepisset; Et quod
 Flavianum Episcopum junioris Romæ
 intra unius diei spatium deposuisset, &
 quod Episcopus, qui erant congregati,
 in charta pura subscribere curasset,
 quasi Flaviani nomen in ea perscriptum
 esset. Post hæc hi, qui ex senatu e-
 rant, ista decreverunt. De recta qui-
 dem & Catholica fide craftino die,
 conveniente majore Concilio, diligen-
 tiorum inquisitionem fieri oportere
 perspicimus. Quoniam verò pia me-
 moriæ Flaviani, & Eusebii religiosissi-
 mus Episcopus, ex scrutatione acto-
 rum ac decretorum, & ex ipsa voce co-
 rum, qui in synodo, quæ tunc facta est,
 præfuderunt: qui quidem confessi sunt
 errasse se, & frustra illos deposuisse, cum
 nullatenus errassent in fide; injustè de-
 positi esse noscuntur: videtur nobis
 juxta id, quod DEO placet, justum
 esse, modò id placuerit divinissimo
 ac piissimo Domino nostro, ut Diosco-
 rus reverendissimus Episcopus Ale-
 xandriæ, & Juvenalis reverendissimus

καθ' ἡμῶν πεπερασμένων ὑπομνημάτων ἐπι-
 γνωσκουμένων Ἰππὶ τ' ἀγίας συνόδου δι' ἡμῶν
 νάμεθα ἀποδοῦναι, καὶ ἀλλότριον οὐκ ἔστι
 δόξαι πίστεως, καὶ ἀίρεσιν ἀσεβείας πεπερα-
 σμένην κρατύναντα, ἡ ἀδικῶς ἡμᾶς καθελόντα
 καὶ τὰ δευτὰ ἡμᾶς κατεργασάμενος. Ἐπειὶ οὖν
 πεπερασμένων ἡμῶν mandátων κατὰ πει-
 πομένων τῆ ἀγίας καὶ οὐκ ἐκμενικῆς συνόδου τῆς ἐν
 φιλικῶν Ἰπποκρίτων, ἐφ' ᾧ τὸ τῆς ἡμῶν
 τὰ ἀσεβητικῶν διωκόνας διακρίσας, καὶ ἀναι-
 κῆν εἰς γνώσιν τ' ὑμῶν δισεβείας παρὰ τὸ
 πρῶτον πρὸς τὸ παρὲς ἀμείνον τῆ ἀνα-
 βνήτου ἡμῶν κορυφῆς, καὶ τέτρα τυχόντες, ἀνα-
 λείψας διχῶς ἀναπέμψοντες ὑμῶν ἀναι-
 κῆν ὑμῶν κρείττους, θεοτάτοι βασιλεῖς. μὴ
 ταῦτα ἐκ κοινῆς δέησεως διωκόνας τε καὶ διση-
 εῖς. τὰ ἐν τῷ δὲ δὲ συνεδείω πεπερασμένων
 τῶν ἐν ἐφέσω, διὰ τ' ἀνανώσεως ἐδ' ἡμοσίου
 τῶν ὄντων λεπτομέρειαν διὰ πολλῶν μὲν ἀνι-
 λημμένων, ἐμπεδοχόμενῃ ἢ τοῖς ἐν καθ' ἑ-
 δόνι κεκνημένοις, ὡς ἂν μὴ ἀδολογῆν δόξαι
 τοῖς πρὸς τὸ πῆρας τῶν πραγμάτων ἐπιγε-
 μένοις, ὑπέταξα τῷ παρὲν τ' ἰσοείας ἐ-
 βλίω, ἀδελφὸν τοῖς πάντοτε λεπτοῖς εἰδέναι
 βελομένοις, ἡ τῶν ἐν ἡμῶν καὶ τῶν πάντων
 ἀκρίβειαν ἀναμάξασθαι. Ἰππὶ ῥέχον ἢ τα κα-
 εἰώτερα φημί, ὡς ἐφωράθη διωκόνας, καὶ
 δεξάμενος τῶν λέοντος Ἰπποκρίτων Ἰπποκρίτων
 τ' πρεσβυτέρων ῥώμης, καὶ πρὸς γὰρ τῶν καθαι-
 ρεσιν φλαβιανῶν τ' ἐπὶ ῥώμης ἐπισκόπου, ἐν
 μέρα ποιησάμενος, ἐν ἀγράφῳ τε χαρτῆ
 ᾧ δασκευάσας ἡμῶν ἀλιθῶν ἐπισκόπου ἰππο-
 σιμῆνας, ὡς ἡν καθαιρέσιν φλαβιανῶν ἀσε-
 χονῶν. ἐφ' οἷς οἱ διπλῶν σικλητικῶν βελήν ἐν ἡμῶν
 σαντῶν ἀδελφῶν. ἀδελφῶν μὲν τ' ὀρθοδόξου καὶ καθολικῆς
 πίστεως, τελευτήσεως συνόδου ἡνωμένης τῆς ὑπε-
 ραιῶν ἀκρίβειαν ἐρανίζεσθαι σινηγμένους σινοπῶ-
 νων ἐπειδὴ ἢ φλαβιανὸς ὁ τ' δισεβῆς μνημῶν
 καὶ δισεβῆς ὁ δὲ λαβῆσας ἐπίσκοπος, ἐν τῷ
 πεπερασμένων ἡμῶν διαγνωθέντων ἐροῦντες καὶ
 αὐτῆς τ' φωνῆς ἡμῶν ἡνωμένων ἡμῶν ἀρχῶν τῆς
 τε συνόδου, φησάντων ἐσφάλλου καὶ μάτην ἀν-
 τὶς καθηρηκέναι, ἐδ' ἐν ἀδελφῶν πῆρῶν σφάλλου
 δεικνύν ἢ ἀδικῶς καθαιρέθῆναι. φανῶν ἡμῶν
 καὶ ἰσοπέθῶν ἀρεσκῶν, δικαίων ἐναμειψάσας ἀνι-
 θηλάτων καὶ ἐυσεβῆσας ἡμῶν δεσποτῆ, τῶν αὐτῶν
 ἐπιμῶν διωκόρον τὸν ἐυλαβῆσας ἐπίσκοπον
 ἀλεξάνδρειας, καὶ ἰερεῶν τὸν ἐυλαβῆσας

ἐπίσκοπον ἱεροσολύμων, καὶ θαλάσιον τὸν θι-
 λαβέσατον ἐπίσκοπον καίσαρειας καππαδο-
 κίας, καὶ εὐσέβιον τὸν εὐλαβέσατον ἐπίσκοπον ἀρ-
 μενίας, καὶ εὐσάθιον τὸν εὐλαβέσατον ἐπίσκοπον ἀρ-
 ρηνίαν, καὶ βασιλείον τὸν εὐλαβέσατον ἐπίσκοπον
 σελευκίας ἰσαυρίας, τὰς ἐξ ἑσάν ἐρχό-
 ντας, ὡς ἐξ ἀρχόντας τὸ τε συνόδου, ὑποπέσειν,
 ὡς ἀπὸ τῆς ἱερέας συνόδου καὶ τῶν κανόνων τῆς ἐπι-
 σκοπικῆς ἀξιωματικῆς ἀλλοθίως γνωμένους
 πάντων τῶν παθολογησάντων τῆς θείας κορυ-
 φῆς γνηριζομένων ἢ τῶν λιβέλλων εἰς ἑτέραν ἐ-
 πόδοις καὶ διοσκόρου, ἐγκλημάτων τε
 καὶ χρημάτων, ὡς δὲ τὴν τε καὶ τῆς κληθείς ὁ
 διοσκορος ἐχ' ὑπὸ τῆς ἐπιπροφάσεως αἰς
 ἔρηκεν, οἱ τὸν ὅσον πληρεῖς λέοντι τῆς
 πρὸς εὐρέας ῥάμης ἐπισκόπου, ἐπὶ λέξεως
 ἀπεφώνησαν ταῦτα. δὴ ἴλα γένηται τὰ τε ὁλο-
 κλημένα διοσκόρου τῶν γνηριζομένων τῶν ἀλεξανδρέ-
 ων μεγαλοπόλεως ἐπισκόπου καὶ τῆς τῶν κανό-
 νων ἀξίως καὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς καίσαρσεως,
 ἐκ τῶν ἡδὴ ἐξελθόντων ἐν τῷ πρώτῳ συνε-
 δρίῳ, ὡς ἀπὸ τῶν σήμερον πεπραγμένων. ἔτος γὰρ
 ἡμεῖς πολλὰ παθολογούμεν, ἐλυχνῆ τὸν ὁμό-
 δοξον ἀπὸ καθαιρεθῆναι κανονικῶς παρὰ τῆς
 ἰδίας ἐπισκόπου τῶν ἁγίων Φαμέν παρὰ τῆς ἡ-
 μῶν καὶ ἐπισκόπου φλαβιανῆς, ἀυθελήσας ἀκα-
 νοίως εἰς κοινονίαν ἐδέξατο, πρὶν ἢ συνδρεῦσαι
 ἐν τῇ ἐφεσίῳ μὲν τῶν θεοφιλῶν ἐπισκόπων,
 ἀλλ' ἐνενοήσαμεν ὁ δόσολικὸς ἄρονος συζητώ-
 μιν ἀπένειμει, ἐπὶ τοῖς ἐκείθεν μὲν γνῶμην
 ὑπ' αὐτῶν πεπραγμένους, οἱ καὶ διετέλεσαν μέ-
 χρι τῆς παρόντος ἐπόμενοι τῶν ἀγίων ἀρχιε-
 πσκοπῶν λέοντι καὶ πάσῃ τῇ ἀγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ
 συνόδῳ ἡδὴ χάριν, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ κοινονίᾳ, ἀυ-
 λος ὁμοπίστους ἐδέξατο. ὅσα ἢ καὶ μέχρη τῆς παρ-
 οῦσας διέμεινε, σεμνυνόμενος ἐπ' ἐκείνοις, οἱς
 ἐδέξατο καὶ εἰς γῆν κεκυφέναι πρὸς τῶν ἡ-
 ἐδέξατο τῶν ἐπιστῶν ἀναγνωσθῆναι συνεχώρησε
 τὸ μακαρίως παπαλέοντος, τὴν γραφῆσαν
 παρ' αὐτῆς πρὸς τὸν ἐν ἀγίοισιν μνήμην φλα-
 βιανόν, καὶ ταῦτα πολλάκις παρακληθεὶς ἀνα-
 γνῶσθαι ταῦτα ὑπὸ τῶν κεκοιμημένων, καὶ μετ'
 ὅρκου ποιήσασθαι τὴν ἀναγνώσιν ὑποχόμενος.
 ἡ μὴ ἀναγνωσθῆναι, σκανδαλῶν καὶ βλάβης
 τὰς ἀνά τὴν οἰκουμενὴν ἀγνώστους ἐπλήρω-
 σει ἐκκλησίας. ἀλλ' ὁμῶς τῶν παρ' αὐτῆς
 ὁλοκληθῆναι, ἐσκοπῆμεν παρὰ τῆς πρὸς εὐρέας
 αὐτῆς ἀνοσίας πρὸς εὐρέως φιλανθρωπίας τινος

A Episcopus Hierosolymorum, & Thalasius reverendissimus Episcopus Casarea Cappadociae, & Eusebius Reverendissimus Episcopus Ancyrae, & Eustathius reverendissimus Episcopus Beryti, & Basilius reverendissimus Episcopus Seleucia Isauriae, qui tunc potestate succincti Concilio praefuerunt, eidem poene subjaceant, sacrosancti Concilii sententia, juxta sacros canones, alieni ab Episcopali dignitate judicati: tunc tunc, quae consequenter gesta sunt, ad notitiam sacratissimi Imperatoris nostri perlati. Exinde libellis altero die datis adversus Dioscorum de variis criminibus, & de pecuniis ab eo direptis: cum ille iterum ac tertio vocatus non comparuisset ob inanes causas, quas praetendebat: ii, qui Leonis Romanae urbis Episcopi vices agebant, haec ad verbum decreverunt. Quae Dioscorus, antehac Episcopus magnae civitatis Alexandriae, contra ordinem canonum & contra disciplinam Ecclesiasticam attentavit, manifesta sunt, tam ex his, quae jam examinata sunt in primo consessu, quam ex his, quae hodie sunt gesta. Hic enim, ut plurima alia praetermittamus, Eutychem eadem cum ipso sciantem, regulariter a proprio depositum Episcopo, sanctissimo scilicet patre nostro & Episcopo Flaviano, propria auctoritate contra sacros Canones in communionem suscepit, priusquam Ephesi confedisset una cum reliquis Deo charissimis Episcopis. Sed istis quidem Apostolica laedis veniam concessit ob ea, quae illic ab iisdem non sponte gesta erant. Qui quidem haec tenus permanserunt, sanctissimo Archiepiscopo Leoni & sanctae universali synodo obsequentes. Qua de causa eos, utpote ejusdem cum ipso fidei assertores, in communionem suam recepit. Hic vero usque in hodiernum diem ob ea gloriari non desinit, propter quae gemere & ad tertiam usque sese inclinare debuerat. Praeterea Epistolam beati Papae Leonis quam ille ad sanctae memoriae Flavianum scripserat, legi minime permisit. Idque quamvis saepius rogatus esset ab his, qui Epistolam attulerant, & quamvis ipse adjecto jurejurando pollicitus esset, se eam recitari iussurum. Qua minime percepta, sanctissimas per universum orbem terrarum Ecclesias scandalis ac detrimentis complevit. Sed tamen quamvis tot ac tanta ab eo praesumpta sint, propositum nobis erat, ob



pius ejus impium facinus elementer e-
um ac benignè tractare, sicut & reli-
quos DEO dilectos Episcopos, licet ii
non eandem ac ille judicandi potesta-
tem habuissent. Sed quoniam priorem
injustitiam posterioribus factis longe
superavit: ausus quippe est excommu-
nicationem dicere adversus sanctissi-
mum ac religiosissimum magnæ Romæ
Archiepiscopum Leonem: præterea
cum libelli pleni criminum & flagitio-
rum sancto & magno Concilio contra
illum oblatis essent, semel, iterum ac
tertio vocatus juxta Canonum præscri-
pta per Dei amantissimos Episcopos,
minime obtemperavit, propriâ videli-
cet conscientia ipsum pungente. Eos
denique qui à diversis synodis justè de-
positi fuerant, illegitimè in communi-
onem suscepit: contra semetipsum
sententiam protulit, Ecclesiasticis legi-
bus sæpius proculcatis. Idcirco San-
ctissimus ac Beatissimus magnæ & leni-
oris Romæ Archiepiscopus Leo, per
nos & per præsentem synodum, unâ
cum Beatissimo & omni laude dignis-
simo Petro Apostolo, qui petra & ba-
sis est Ecclesiæ Catholicæ, rectæque fi-
dei fundamentum, Episcopali eum di-
gnitate exiit, & ab omni sacerdotali of-
ficio alienum censuit. Sancta igitur &
magna hæc synodus, ea quæ Canonibus
placita sunt super memorato Dioscoro
decrevit. His à Synodo confirmatis
& quibusdam aliis gestis, ii quidem qui
cum Dioscoro depositi fuerant, rogatu
Concilii & annuente Imperatore, in
pristinum locum restituti sunt. Cum-
que alia quædam superioribus gestis
adjuncta essent, definitio fidei promul-
gata est his omninò verbis. Domi-
nus & Servator noster Jesus Christus
cum fidei notitiam discipulis confir-
maret, dixit: Pacem meam do vobis:
pacem meam relinquo vobis: ne scili-
cet quisquam in pietatis decretis à pro-
ximo dissentiret; sed ut veritatis præ-
dicatio omnibus ex æquo ostenderetur.
Post hæc cum recitatum esset
sanctum Symbolum Nicænum, &
præterea Symbolum sanctorum Pa-
trum centum & quinquaginta, ista
subjunxerunt. Sufficiebat quidem
ad perfectam pietatis notitiam & con-
firmationem, sapiens istud ac salutare
divinæ gratiæ Symbolum. De Patre
enim & de Filio ac Spiritu Sancto per-
fectam tradidit doctrinam, & incarnatio-
nem Domini adstruit iis, qui cum fide
illam suscipiunt. Sed quoniam veri-

Αὐτὸν ἀξιοῦσαι, ὡς καὶ τὰς λοιπὰς θεοφιλῶς
ἐπισκόπους, καίτοι μὴ ἴησαν ἀνθενεὶ μὴ ἀπο-
ραπλησίως τὴν κρίσεως ἐγκρίτους. ἐπεὶ δὲ ἡ
δουλοῦν τὴν προέραν παρὰ νομὴν ἰσχυροῦ
σεν, ἐτόλμησε ἡ ἀκουωνισιανὴ παρὰ νομὴν
κτλ. Ἐργωλάτε καὶ ὀσιωλάτε, ἀρχιεπισκοπῆς
μεγάλης ῥώμης λέοντι. πρὸς ἡ τῆς
λιβέλλων ὡς παρὰ νομὴν μετὰ καὶ αὐτῆς πρὸς
ἐνεχθέντων τῆς ἁγίας ἐκ μεγάλης συνόδου, καὶ
παξ καὶ δις καὶ τρεῖς ἀθεοφιλῶν ἐπισκόπων κα-
νονικῶς κληθείς, ἐχ' ὑπήκουσεν, ἕως ἡμερῶν
συνειδότητος δηλονότι κειμένου. καὶ τὰς
B συνόδων διαφόρων ἐν θέσμῳ καθαιρέσει
παρὰ νόμῳ ἐδέξατο αὐτὸς καὶ ἐναντὶ τῆς
Φων ἔξινεγκε διαφόρους τὰς ἐκκλησιαστικὰς
παλήσας θεσμοὺς ὅθεν ὁ ἁγιώτατος καὶ μα-
καριώτατος ἀρχιεπίσκοπος τῆς μεγάλης
καὶ πρεσβυτέρας ῥώμης λέων, δι' ἡμῶν καὶ τῆς πα-
ύσης συνόδου, καὶ τῆς μακαρίας καὶ παν-
